

S. HERMENGILDVS MARTYR.



Hermengildus Visigothus filius fuit Leonogildi regis Visigothorū, qui fœlici ingenio omnes æquales suos superauit. Id cum Leader Hispanensis præful animaduertisset, iuuenem ab Arriana lue sua doctrina reuocauit, atque in ueritate catholica instituit. Accedebat etiam uxoris Irgundi regis Metensium Sigisberti filiæ pia mox. ita. hinc factum, ut non modò ueram fidem amplecte retur, uerùm etiam alios suæ gentis homines ad eam sententiam pellicere tentaret. Id cum pater Leonogildus intellexisset, præmis & poenis filium à suo proposito auertere conabatur. Cum autem nihil hac ratione efficeret, iratus pater eum persequitur, atq; tandem captum tormentis quibusdam ad Arrianam impuritatem reducere tentat. Verum cum constans Hermengildus permaneret, securi percessus fuit.